1860

ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

M. Chorzewski. Godlewski & alii Paltus Czerniechowien. Incolae M. Branicki Cedunt vigore Consensus S. R. M.

60 Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus, Magnificus Petrus Chorzewski Succamerarius Konogrodensis: nec non Generosi Georgius Godlewski Vexillifer, Jacobus Woyna Oranski Judex Terrestris Czerniechowien. Samuel Glogowski Subiudex Terrestris, Alexander Woyna Oranski Subdapifer Konogrodens. Felicianus Milanowski Tribunus Konogrodens. Lucas Oleszkowski. Werky Dapifer Czerniechowien. Venceslaus Kisiel de Brusilow Conventu particulari Vlodimiriens. Die Septima Januarii Anno nunc currenti celebrato ad faciendam Cessionem praesentem ex Palatinatu Czerniechowiens. et Districtu Konogrodens. deputati et ad recipiendam summam pro Capitaneatu Krosnensi vigore Laudi Conventus eiusdem atque Commissionis Sacrae Regiae Maiestatis Commissarii: nec non Magnificus, Samuel de Dobrowica Firlej Succamerarius Czerniechowiens. atque Generosi et Nobiles Sebastianus Machowski Colonellus Sacrae Regiae Maiestatis, Leo Casimirus Woronicz Subdapifer Konogrodens: Perillustris et Reverendissimus Malachowski Episcopus Unitus Ritus Graeci Praemysliens. Joannes Charzewski Cancellarius Konogrodensis, Joannes Glogowski Pincerna

f Joannes Konogrodens.

1861.

Konogrodens. Christophorus Kulczycki Thesaurarius Czerniechovien. Adamus Burhacki Iudex Terrestris Konogrodensis, Vladislaus Kossakowski Venator Visnens. Stanislaus Piotrowski Pocillator Trocens. Petrus Kozycki Vice palatinus Kiiovien. Constantia de Dębiany Mieleszkowa Dapiferissa Konogrodens. Joannes Bergielewicz Tribunus Czerniechovien. Catharina Wisniewska, Joannes Zaniewski, Stanislaus et Stephanus Konińscy, Dadzibogius Krzyżkowicz, Michael et Jacobus Zochowscy, Joannes Miechowiecki, Sebastianus Jastrzębski, Adamus Ligęzynski, Albertus Małachowski, Susanna Czerpicka, Lucas Grażny, Andreas Grażny, Christophorus Pilicz, Thomas Wronowski, Nicolaus Pęski, Joannes Koniec, Joannes Esmunt, Michael Jaslikowski, Andreas Ognicki, Petrus Ilinski, Petrus Słowski, Thomas Ratowski, Theodorus Rzewuski, Zacharias Zabłocki, Hrehorius Kozakiewicz, Petrus Moszynski, Georgius Moszynski fratres, Nicolaus Jawduchowski, Joannes Korczewski, Theodorus Nicolaus et Joannes Skorupscy, Theodorus Uglicki, Helena Wysocka, Georgius Małachowski, Helena Esmuntowa, Marianna Skorupska, Alexander Wronski, Jacobus Horodyski, Anna Manasterska, Zacharias Miłoduszewski, Adamus Osinski, Basilius Pankowski, Gaspar Rudnicki, Piotrowska Incolae Palatinatus Czerniechoviens. et Districtus Konogrodens. Severiae tenuioris fortunae, Possessiones suas trans Borysthenem sub ditione Moschovitica habentes, atque ad medietatem Capitaneatus Krosnensis ex vi reclinatoriorum sibi Diplomate atque Privilegio Serenissimi Regis Domini

1862.

Clementissimi feliciter nunc regnantis et Lege publica assi-
gnatorum, Summaque Centum Millium Florenorum Polonicalium
pro eodem Capitaneatu cum Illustri et Magnifico Cessionario
suo infrascripto conuenta, erga alteram medietatem Capi-
taneatus dicti et Summa Palatinatus Kijoviensis correspon-
dens Jus suum Legitimum et interesse cum actuali Possessi-
one habentes; sani mentibus et corporibus existentes, à
Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis
quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti
vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo
ad Actum hunc attinet, se cum successoribus ac Bonis suis ge-
neraliter omnibus totaliter et plenariè incorporando atque
subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recog-
nouerunt, et quilibet illorum seorsim suo prointeresse reco-
gnouit, Quia ipsi suo, atque generaliter omnium dicti
Palatinatus Czerniechoviensis et Districtus Konogrodensis
Incolarum praecipue vero Generosi Georgius Godlewski De-
cillifer Czerniechoviae, suo et Generosae Krasnoska ....
Stanislai Godlewski, Lucas Oleszkowski Werkiyi Da-
pifer Czerniechoviae, suo et Generosi Petri Szmatowicz,
Alexander Woyna Oranski Subdapifer Konogrodensis,
suo et Generosi Joannis Rzymarzewski, Malachowski
suo et Matris suae, Magnificus Chorzewski Succame-
rarius Czerniechoviensis, suo et Generosi Restoprza;
Lucas Grazny suo et Generosi Bernardi Zaleski, An-
dreas Grazny, suo et Generosi Gabrielis Skorupski
Petrus Sloński suo, et Generosae Kirowska Theodo-
rus Rzewuski, suo et Generosi Stephani Gorski
pro quorum ratihabitione cauent, et se praesentibus in-
scribunt nominibus Vigore Legis publicae Comitiorum

proximè præteritorum; atque Literarum Consensus Sacræ Regiæ Maiestatis suæ tenantium, Michael Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ Volhyniæ Podoliæ, Podlachiæ, Kijoviæ Czerniechoviæque: Significamus præsentibus Literis Nostris, quibus interest Vniversis et singulis, Supplicari Nobis fecerunt, Generosi Alexander Woronicz Succamerarius Kijoviens, Petrus Chorzewski Succamerarius Nowogrodens Georgius Podlewski Vexillifer Czerniechoviæ, Adamus Durkacki Iudex Nowogrodens, Alexander Woyna Oranski Subdap. Ter Nowogrodens Stephanus Krzynicki, Stephanus Woronicz Rowinski, nomine suo, ac generaliter omnium Palatinatus Kijoviens et Czerniechoviens cum Districtu Nowogrodensi Incolarum Exulum tenuioris fortunæ, bona fortunasque suas trans Boristenem sub Possessione Moschovitica habentium quibus Capitaneatus Krosnens in vim reclinatoriorum Privilegio Nostro, Legeque publica Comitiorum proximè conclusorum ad expirationem Induciarum datus est, cum tam prædictus Capitaneatus inter Exules Diversio, ob defectum Zydiorum Agrorumque prædialium, quam et in sortibus exdividendis, reclinatoriisque demonstrandis ob incursus Latrociniorum cum mansio difficilis sit, et pene impossibilis maiorque ex pretio pro prædicto Capitaneatu accipiendo et inter Exules dispartiendo eisdem subsecutura commoditas Exulibus, ut eis gratia Nostra Regia subvenire dignaremur atque in Vigore Legis publicæ Comitiorum proximè exactorum Capitaneatum prædictum Vendendi facultatem daremus. Cui Nos Supplicationi rationibusque prædictis Nobis expo-

1864

sitis annuentes, atque maiori Capitaneatus eiusdem pro-
spicientes emolumento, ne minutim divisus inter tot re di-
nantes dessolationem, vastationemque certam subeat, subelig[?]
multitudine Dominorum et scissione gravenda, facile
consentiendum permittendumque esse duximus, uti qui-
dem praesentibus Literis Nostris permittimus et consenti-
mus, supranememoratis Generosis Excellibus ut possint et
valeant, de omni et integro Iure suo, quod eis supra-
memoratum Capitaneatum Krosnens. servit et competit,
cedere, illudque cum omnibus dicti Capitaneatus attinen-
tiis et pertinentiis eo antiquitus spectantibus et nominatim
cum Oppido Krosno, Praedio Olchowiec, Villisque Posada
Iwonicz, Trepca, (excepta sorte in Dobrawska) Zablocie, Ty-
rawa, Międzybrodzie, Szczawne, Turzanskie, Smol-
nik, Nigowa Wola, Malow, Polinka, Szczyrbanowka, Lub-
kow, Wlosczate, Dolzyca, Banica, Repedzica, Czysto-
chorz, Jaworzyk, Komancza, Mikow, Kostoli, Dzydzuli
Pielcarki, alias Duszatyn, Moczarne, cumque annua
summa Duodecem Millium Florenorum Polonicalium pro liber-
tis per subditos dicti Capitaneatus, atque Kniaziow
alias Kraynikow, pensione, cumque immunitate liberta-
tis ab exactione hybernorum per milites exigendorum
omnibusque statuis, dationibus, exactionibus, et aliis
oneribus militaribus lege eadem Comitiorum proxime
praeteritorum praescriptis et pronunciatis, atque cum in-
terposito contra delinquentes vigore foroque assignato
in personam Magnifici Ioannis Clementis Comitis in Ru-
sza Marschalci Curiae Regni, Brasceus Stobniczensis
Bilscensis Capitanei transferre et transfundere. Quequi-
dem Cessio, Iurisque transfusio postequam coram Actis
quibuscunque authenticis Regni per Generosos dictorum

Palatinatuum et Districtus Locales vel potius Deputatos e medio illorum, tam ex Palatinatu Kiiowiae, quam et Czerniechoviensi cum Districtu Nowogrodensi in Conventu particulari eligendos et deputandos facta rite, et recognita fuerit; Nos eam validam et gratam habituri sumus, ubi eam quae praevio Consensu Nostro peragetur, Respectu cuius Iuris cessio, praesentiumque Literarum Consensus Nostri praedictus Magnificus Marschalcus Regni, vel in casu Mortis illius extunc Successores eius et Ius proximum ad Successionem habentes. Capitaneatum Krosnensem ab omnibus exactionibus, oneribus, statuis militaribus liberum cum interposito contra delinquentes rigore et foro cum omnibus eiusdem Capitaneatus ut supra expressum est attinentiis atque immunitatibus, cum libera exactione Sumnia pro hibernis etiam ad Kniaziow et Kraynikow plebeiae Conditionis tenebit, habebit, et possidebit ad expirationem induciarum cum Magno Duce Moschoviae per Commissarios Regni ad Tredecem Annos factarum vel in Casu mortis illius, Successores eius tenebunt habebunt et possidebunt: post expirationem porro induciarum praefatarum, memoratus Capitaneatus Krosnensis ad Possessionem Donatarii Nostri cui praedictum Capitaneatum Iure Advitalitio contulimus sive conferemus, devolvetur. Promittimusque pro nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, memoratum Magnificum Marschalcum, vel in eventu mortis, Successores illius, a praedicto Capitaneatu Iure praemisso possidendo non amoturos, Nos nec alienaturos, neque amovendi seu alienandi cuipiam facultatem daturos, sed salvum illum et integrum conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri

presrabunt, Respectu cuius Possessionis suae praefatus Magnificus Marschalcus Curiae Regni, singulis Annis duplam Quartam Lustratione proxime expedita Constitutam stato tempore Ravam mittere et persolvere tenebitur vel in Casu mortis Successores illius tenebuntur, Iuribus Ecclesiis, Nostris Regalibus, et Republicae, in integro salvis manentibus, In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus Datum Varsaviae Die XXVII Novembris Anno Domini MDCLXX Regni Nostri Anno Secundo, Michael Rex, Locus Sigilli Minoris Cancellariae Regni. Ioannes Wolowski, Warmiensis et Culmensis Canonicus Secretarius Regiae Maiestatis. Post quarum quidem Consensus Sacrae Regiae Maiestatis Literarum seu Privilegii in Acta praesentia ingrossationem originale eandem Generoso Christophoro Mokrzecki Pincernae Bilscensi Notario Castrensi Brancensi per Officium praesens extraditum est. De omni et integro Iure suo, videlicet de medietate tota et integra Capitaneatus Krosnensis nimirum Oppidi Krosno Palatinatum Czerniechowiensem, et Districtum Nowogrodensem Czerniechowiae, erga Palatinatum Kiioviensis concernente, cum Villis et Praediis Olchowiec, Posada, Trepcza (excepta parte in Dzmbrawka) Zablotce Tyrawa Solna Miedzybrodzie Iezawne, Turzanskie, Smolnik Milowa Wola, Manew, Solinka, Sczyrbanowka, Lublow, Wolosate, Dolzyca, Banica, Rependzia, Czystochorb Iaworniki, Komancza, Mikow, Rostoki, Przyluki, Piekarski alias Dieszatyn, Moczarne; nec non de medietate annuae summae Duodecem Millium Florenorum Polonicalium pro hybernis per subditos dicti Capitaneatus, atque Kniezziow seu Kraynikow pensione et immunitate Libertatis ab exactione hybernorum per Milites exigendorum, tum et de quibusvis Iuribus Privilegiis Origi-

nalibus. Literis granicierum Lustrationibus Decretis Commissariorum, aliisque in Universum omnibus Dispositionibus Bona eadem quovismodo afficientibus. Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singulis Iurium eorundem et Privilegiorum Originalium, ac Dispositionum quarumvis Bona eadem suprascripta quovismodo afficientium, Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentisque et nexibus generaliter Universis Bonorum quoque praedictorum Capitaneatus memorati generaliter omnium Iurisque praesentibus Constitutantibus, fructibus, proventibus, redditibus, Contractis, emolumentis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis in universum omnibus, nihil ex praemissis Iuris, Dominii, proprietatis, ac cuiusuis competentiis et praerogativis pro se Recognoscentibus suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula per praesentes transfusa praefati Recognoscentes, tenere habere et possidere debebant ipsosque concernebant, ac eisdem legitime serviebant, Iam exnunc et de facto Illustri et Magnifico Ioanni Clementi Comiti in Ruszcza, Marschalco Curiae Regni, Brancensi Stobnicensi, Bilscensi Ratnensi Capitaneo, vel in casu mortis illius ante expirationem induciarum cum Magno Duce Moschoviae ad Annos Tredecem factarum ex tunc Successoribus illius legitimis (accepta ab eodem Illustri et Magnifico Marschalco Curiae Regni medietatis Summae Centum Millium florenorum Polonicalium Palatinatum Czerniechoviensi et Districtum Novogrodensi Severiae, erga Palatinatum Kijoviensem concernens atque inter se Recognoscentes per praedictos Magnificum et Generosos Commissarios rite dispartitas plenaria et sufficienti satisfactione) cedunt et condescendunt, prout praesentibus cesserunt et condescenderunt, omneque et integrum Ius,

1868

Ius suum, sibi Recognoscentibus ad præmissa serviens in personam eiusdem suprascripti Illustris et Magnifici Marschalci Curiæ Regni, vel in casu mortis ante expirationem induciarum cum Magno Duce Moschoviæ ad Annos Tredecem factarum, successorum illius, totaliter et plenarie transtulerunt, transfuderunt, et incorporarunt, prout transferunt, transfundunt, et incorporant præsentibus; In quod quidem Ius præsens cessum, et Bona superius specificata præmissaque omnia per præsentes abcessa. Iam ex nunc et de facto suprascripti Recognoscentes, prædicto Illustri et Magnifico Cessionario suo, coram Officio præsenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem, pacificamque Possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Illustrem et Magnificum Ioannem Clementem Comitem in Ruscza Curiæ Regni Marschalcum Cessionarium suum, vel in casu mortis illius ante expirationem induciarum cum Magno Duce Moschoviæ, ad Annos Tredecem factarum, Successores illius, hoc idem Ius præsens cessum, ac Bona memorata præmissaque omnia per præsentes transfusa cum universis emolumentis utilitatibus et usufructibus competentiaque et prærogativis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usufructus, libere et effectualiter convertendi præfati Iuris Originalis ea omnia latius in se complectentis, præsentisque cessi et transfusi vigore.

Kulczycki Consorti Reformat

767 Comparens personaliter coram Officio, et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Ioannes Kulczycki sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti